

66

CAPUT IV.

Raben venerat: quare symbolum ei fuerat restitutum, sein Auflege Geld wieder gegeben. Sed reformavit Senatus Ven. 7. Decembr. 1677. Quare concludimus, Indictionem seu denunciationem itineris non debere temerariam, sed præmeditatam esse, iusto tempore fieri, nec facile revocari: Quo autem modò Sociis cæteris seu commilitonibus fieri debet, eò longè fortius ipsi Magistro: cum hujus interesse potissimum versetur.

214 §. 5. Peregrinationes suas Socii insulatato hospite aut sine valedictione, minimè instituant: vocatur illa germanicè *Abschied* / sed sensu tam activò quam passivò: Nam & discessus Socii, & missio Magistri sic dicitur, unde sicut peregrinationem sup. num. 202. in Voluntariam & Necessariam distinximus; ita hîc & Valedictionem. Germanus eadem utrobique utitur voce, sed Latine differentia manifestius exprimitur, dum Missio causa est Discessûs, eò casu, 215 quo initium fit ex parte Magistri. Utraque acceptio invenitur usitata. Sic Scriniarii statutis Boethorum suorum certò articulò, quo caverunt, Ne illi operas suis auspiciis conducant, *Gesellen sollen vor sich keine Arbeit dîngen* / disposuerunt quoq; ut Socii Pueros, cum è doctrina mittuntur, mores opificii probè edoceant; & hunc articulum diligenter inculcent: *Welches man auch einen jeden Lehrjungen in seinem Abschiede / sich darnach zu achten habende / 216 genugsam unterrichten soll.* Cui adde dicta num. 250. *Keiner soll in der Woche von seinem Meister Abschied nehmen: de quo discessu incidenter monemus, si plurimum simultaneus sit, odiosum ac plenum esse,*
supi-